



**Scientia Salvatis, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam  
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

**Laberhittel, Samuel**

**Ingolstadii, 1660**

129. Fer. 4. De majoribus bonis spiritualibus promiſſis in hac vita.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](#)

Feria 4. Dom. in albis. 225

Conf. 3. Quomodo Dominus addat sci-  
entiam futurorum, Joan. 16. *Et quæ ventura  
sunt, annuntiabit vobis.* Hinc illæ prophetæ.  
Annuntiabit autem non solum, quæ futura  
in tempore, sed magis æterna, quorum amo-  
re inflammabor ad obsequendum Deo: ad  
nihil enim ita avidum genus humanum, ut  
ad sciendum futura. Ideo nobis Dominus  
annuntiat & futura mala, quæ propter fidem  
ferenda, & gaudia cœlestis patiæ consecu-  
tura, ut alacrius feramus momentaneum.  
& leye tribulationis.

### MEDITATIO CXXIX.

Feria 4. Domin. in albis.

De majoribus bonis spiritualibus pro-  
missis in hac vita.

Audiam Dominum adhuc majora, melio-  
räque promittentem suis bona, Luc. 10.  
Verum tamen in hoc nolite gaudere, quia spiritus  
vobis subjiciuntur: gaudete autem, quia nomina  
vestra scripta sunt in celo: non enim est neces-  
sariò meriti ejus, qui operatur miracula,  
quia quidam eorum numerantur inter ope-  
rarios iniquitatis: sed gaudendum de regno  
virtutum, quod Christus suis pollicetur. Pe-  
tam hoc regnum intelligere, & consequi.

Conf. 1. Quām magna bona virtutis &  
gratiae nobis pollicitus sit, & largitus: Luc. 4.

K S Spiritus

226 Fer. 4. Domin. in aliis.

*Spiritus Domini super me (hominem) propterea quod unxit me evangelizare pauperibus (non habentibus legem, nec Deum, nec Virtutes) misit me sanare contritos corde (debiles, & resistere insultibus passionum non valentes, habentes cor contritum à peccato, quia peccato cor humanum prosternitur) predicare (Judæis, gentibus, & mortuis, qui dominio inferni sunt soluti per Christi resurrectionem) captivis resurrectionem, & cœsum, dimittere confractos in remissionem, predicare annum Domini acceptum in diem retributionis: quando reddet unicuique secundum opera sua. Benedictus Deus, qui per Christum maxima & pretiosa nobis promissa donavit. 2. Pet. I. Quis nolle fieri eorum particeps?*

*Conf. 2. Examinando me, quam sim corde fortis in resistendo vitijs, temptationibus, passionibus, hostiumque animæ infestationibus: ad hoc intelligendum, reflectam mihi supra præteritam vitam, juxta illud D. Greg. Ex anteacta vita se quisque invenit, & si immunis vixi, proponam ea, quæ mihi aduersa possunt accidere, quomodo in iis me velim gerere?*

*Conf. 3. Agnitâ debilitate meâ ulterius examinabo, an ipsa procedat ab intrinseco seu ex defectu bona voluntatis, an ab ei*

lōis.  
Feria s. Domin. in albīs. 229

trinseco, seu ex hostiū insultib⁹, blandis,  
aut asperis, & contra utraque remedium à  
Domino petam.

### MEDITATIO CXXX.

Feria s. Domin. in albīs.

Ponderatur magis donum amicitia  
eum DEO.

V Idebo amicitiam cum D E O, unionem  
esse inæstimabilem. Petam intelligere,  
& consequi, & in hoc bono spirituali perse-  
verare.

Conf. I. Quomodo Deus adimitat ho-  
minem ad amicitiam suam: vos autem dixi  
amicos, quia omnia, quæcunque audiri à Patre  
meo ( ego homo ) nota feci vobis: omnia, quæ  
vos audire oportebat. Servum esse Dei be-  
neficium ingens est, majus esse socium, ma-  
ximum esse amicum.

Conf. 2. Verba Domini: Vos amici mei  
estis, si feceritis, quæ ego præcipio vobis. Præci-  
pit dilectionem, quæ distinguunt inter servum  
& amicum; servum, qui ex timore; amicum,  
qui ex amore servit. Vnde autem diligere-  
mus, nisi prius diligeremur à Deo, unde o-  
mnis procedit dilectio, quæ ex præceptorum  
observatione monstratur? Vnde efficimus  
liberi, justi, sancti, cohæredes, fratres, filii,  
sæmbræ, organa Spiritus sancti, Christi, &c

K 6 Patrie